

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Ex pace vbertas. Emblema CLXXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Ex pace vbertas.

EMBLEMA CLXXIX.



GRANDIBVS ex spicis tenues contexe corollas,
 Quas circum alterno palmite vitis eat.
 His compta Alcyones tranquilli in marmoris vnda
 Nidificant, pullos inuolucresq; fouent.
 Latus erit Cereri, Baccho quoque fertilis annus,
 AEquorei si rex alitis instar erit.

COMMENTARIUM.

IN edito scopulo, marinis fluctibus vndiq; cincto, pullos suos excludit alcyo, in nido spicis & vitium palmitibus contexto. Sed ad picturam illustrandam alcyonem & nidum eius ex Aristotele, Plinio, & Plutarcho describemus Aristoteles lib. 9. de nat. animal. cap. 14. sic describit Alcyonem: Alcyon non multo maior est passere, colore & caeruleo & viridi, tum etiam leuiter purpureo, & reliqua, Ibidem

Alcyon

de specie nidulationis & partu eius esse leges. Plinius, qui omnia ex Aristotele desumpsit, lib. 10. c. 3. sic ait: Ipsa avis paulo amplior passere, colore cyaneo ex parte maiore, tantum purpureis & candidis admixtis pennis, collo gracili & procero. Nidum vero huius avis quod attinet, variant sententiae: quidam enim ex spicis aculeatis, alij ex spicis segetum, & vitium pennis eum esse confectum volunt, ut hic noster

Nidus alcyonis.

noſter Alciatus . Plinius eum ſic depingit loco citato : Nidi earum admirationem habens, pilæ figura, paulum eminenti ore perquam anguſto grandium ſpongiarum ſimilitudine: ferro intercidi non queant, franguntur icu valido, vt ſpuma ar. da maris. Nec vnde conſingantur, inuenitur: putat ex ſpinis aculeatis, piſcibus enim uiuunt . Plutarchus de amore parentum in filios, mirè deſcribit alcyonis nidum; atq; adeo ipſius uerba apponam : Alcyonè fac, quaſo, cõtemplere, quæ cum ſe grauidam ſentit, piſciculi marini (quem Græci bellonam uocant) ſpinas in nidi ſtructuram congerit, quas tanto artificio inter ſe cõnectit, vt neq; ferro, neque ſaxis pertundi queat. Nidi forma vndiq; rotanda, uſtat piſcatorix naſſæ in longum exãdificatur: At uerè ipſum nidi os omnem admirationem ſuperat; ita ad corporis magnitudinẽ ſeruata proportione, vt nullum animal, licet alcyone minus ſit, ingredi queat. Idem Plutarchus in lib. de induſtria animal hoc proxiùs exequitur .

uorborum hæc eſt ſententia : Alcyon autis eſt, qua mare accolit: qua cum ſit in maris liſtore parere ſolita , deponit oua in arena, & media hyeme nidum componit, quo maxime tempore uetorum impetu mare tempeſtuofum eſt . Sed tum uenti ſe remittunt: compeſcitur ipſum mare, cum alcyõ ſeptem diebus incubat : excludit enim pullos totidem . Qui cum cibum appetunt , ſeptem alios dies ad pullorum incrementum miniſſimo animali liberalis Deus elargitur . Omnes itaq; qui ſe mari committunt, id obſeruant ; eosque dies Alcyonios nominant . Qua tibi conſeſſa ac tradita ſunt à diuina prouidentia, cuius etiam uis eluceſcit in iſe animalibus, qua rationis expertia ſunt, ut te commoneſcerent ad ea petendã ab eo, qua tibi ad ſalutem conferrent . Quidnam etiam, quaſo, uel quod ſidem excedat aliqui, non eſt tua paratum enuſſa, qui ad Dei factus imaginem ſiſ; cum propter eam tam minutam auem uultum illud ac terrificũ mare ſedet, & hyeme media Dei iuſſu coerceatur? Hæc ille . Quæ pleraq; uidentur ex Ariſtorele lib. 5. de uat. animal. cap. 8. petita . Sic enim ille ibi : Genus auũ ex parte plurima uere ac inuente ætate coit & parit, excepta alcyone, quæ circa brumam parere ſolita eſt . Quamobrem quoties bruma ſerena exiſtit, dies Alcyoniæ appellantur: ſeptem ante brumam, & ſeptem à bruma, vt Simonides quoque ſuo carmine tradidit : ut cum per hibernum menſem prudenter cõſtituit Iupiter dies quatuordecim, fugamq; uentorum tempus illud uocant mortales, ſacram nutriceam uarietate alcyonis . Tranquillum uerò tãtiſper efficitur, ſi ita euenierit, ut brumã Auſtrina Vergilijs Aquilonijs fiat; ſeptem primis diebus nidam conſicere fertur, reliquis ſeptem parere atq; educare . Dies Alcyonios fieri circa brumam non ſemper in noſtris locis contingit: in Siculo mari penè ſæper id euenit . Parit alcyon circiter quinq; oua . Vide etiam, ſi placet, caput ſequens . Plinium lib. 10. cap. 32 . Plutarchum libro, quo diſputat, utã animalia prudẽtiora, terreſtrianã an aqua tiliã . Meminit etiam huius Aſopuſ in fabulis, Lucianuſ in dialogo, cui tituluſ ἀλκυών, Elianuſ lib. 15. c. 19. Hiſtor. animal. Cauſam uerò huius nidulationis hibernæ quaerit Albertuſ, eam eſſe ſuſpicatus; quod ea auicula adeo rara ſit texta-

Alcyonis
ſollertia .

Ariſtoteles de uat.
cyone .

Cur alcyon
hyeme pa-

IV.
Emble-
ma d. B.
filio tra-
ctum .

CARMINIS huius fontem lubens repero è Baſilij Magni Hexaemero, quãquam ſciam, idem apud alios certè veteres legi: ſed mihi admodum placet uiri huius ſanctiſſimi doctrina & eloquentia . Sic enim ille Oratione 8. in Hexaem. ἀλκυὸν ἰσὶν θάλαττον ὄρνειον αὐτὴ παρ' αὐτὸς νοσεύει τὰς ἀγίαντες πύθου κεν, ἰσ' αὐτῆς τὰ ὄα τῆς ἡμῶν καλαθῆμι- νη. ἢ νοσεύει κατὰ μίσην τε τὸν χειμῶνα, ὅτε πολλοὶς καὶ βιαιοῖς ἀνέμοις ἡ θάλασσα τῆ γῆ προσαρέσεται ἀλλ' ἕως κοίμῃς ἔσται μὲν πάντες ἀνέμοι ἢ τυγὰς ἢ δι' αὐτὴν θάλασσαν, ὅταν ἀλκυὼν ἰπυαζέταις ἰπταῖς ἡμῶν . ἰν τοσαύταις γὰρ μόναις ἡλαπὶς ἔσται τοῖς νεοῖς . ἰπταὶ δὲ καὶ τροφῆς αὐτοῖς χρεῖα ἀλλὰς ἰπταὶ πρὸς τῆν τῶν νεοῖδων ἀνέμωιν, ὁ μεγα- λήτορος θεὸς τῶ μικροτάτῳ ἔσται παρὶ- οχρετο, ὡς κῶναυτικοὶ πάντες ἰσασσι- τυτο, καὶ ἀκνοῖδας τὰς ἡμῶν ἰκέρ- νας προσαγορεύσει ταῦτα σοὶ εἰς προ- τροπῆν τὸ αἰτῆν παρὰ θεῶν τὰ πρὸς σω- τηρίαν, διὰ τῆς περὶ τὰ ἀλογα τὸ θεῶν προνοίας νενομοθετηται . τί δὲ ἂν γε- νητο τῶν παραδέξων ἐνεκὴν σε, ὅς κα- τὰ ἡκονα γιγνῶνται τὸ θεῶν . ὅσπερ ὑπὲρ ἐοικῶν ἔτα μικρὰς ἢ μεγάλας καὶ φοβε- ρὰ κατῆχεται θάλασσα ἰν μίση χειμῶ- νι γαλλητῶν ὄρνει ἰπταχθῆσα . Quouũ

Ααα 4 ια, γε ριατ .

ra, ut astate propter nimiam corporis ariditatem progrenate nequeat, hyeme vero obruratis praefrigore poris, humidioresque effecto corpore, fiat ad coeceptum idonea.

III. GRANDIBVS ex spicis, &c.] confice coronam e spicis, quos circumdet pampinus alterno palmitre, ad similitudinem nidi alcyonum, id erit symbolum vbertatis ex pace.

His coepa] ornata, venuste, suaves, gratiae. Vel ad nidum, vel ad tranquillitatem refer. Plutarchus alicubi dixit, bonam valetudinem idem esse voluptatibus, quod caeli tranquillitatem alcyonibus, quoniam eis concedit ut tuto & secure incubent.

Alcyon] Variè scriptum reperitur hoc nomen: alij enim scribunt ἀλκυών, spiritu tenui: alij ἀλκυών, spiritu crasso. Grammatici Halcyones deducunt ab ἀλκυών, quod in mari pariat, id est, παρὰ τὸ ἐν ἀλκυών. Sed contra sicut auctoritas Eustachij, qui ait verbum alcyonas non recipere sterilem in prima; etiam canone subiecto, quoniam a, ante λ, si sequatur κ, sterilem non admittat. Parum itaque refert, Halcyon, vel Alcyon scribas. Fabula de Alcyone sic narratur à Servio in illud Virg. 1. Georg.

Non tepidum ad solem pennas in littore pandunt

Dilecta Thetidi halcyones, Ceyx, inquit, filius Luciferi, habuit uxorem Halcyonem; à qua cum prohibitus esset ad consulendum Apollinem de statu regni, naufragio periit. Cuius corpus cum ad uxorem delatum fuisset, illa se precipitavit in pelagus. Postea miseratione Thetidis & Luciferi conuersi sunt ambo in aues marinas, quae Halcyones vocantur. Hanc quoque fabulam multis verbis enarrat Ovidius lib. 11. Metamorph. Verum Alcyones filias fuisse Alcyonae gigantis, Baulanias prodit, & est ab Apostolico in Ionia repetitum; Phthoniam, Athen, Methonen, Alcippam, Pallenen, Drimo, Asterken, quae à patris obitu ex Pallenes promontorio in mare se precipites dederint. Sed ab Amphitrite in iustitiam gentem sunt cooptatae. Haec autem Latini dicunt Alcedo; solent enim aliquando Romani Graeca nomina corrumpere, quemadmodum Nilus Latine dicitur Melo; Atlas Tejamon; Ganymedes Catamitusi: sic etiam Alcyon Latinis est Alcedo, ut auctor est M. Varro lib. de ling. Lat. 3. ne quis Plau-

Alcyon] nominis.

Alcedo] Idem apertissime intelligitur de intermissis fori procellis & turbantibus: quo alludit Horatius cum dicit, se mersari ciuilibus vndis. Ita dies Alcyoniae dicuntur, quibus fora coecepta sunt. Julius Scaliger saepe quoque in ore habuisse dicitur tale dictum: Factum meum est mare habernum, in quo non est alcyon;

tinum verbum depraesum patet, quando dicit in Parnulo:

Iam hercle tu peristi, nisi illam mihi tam tranquillam facis,

Quam mare est olim cum ibi alcedo pullos educit suos.

Ab alcyone deducitur etiam τὸ ἀλκυόνιον. ἀλκυόνιον quod est marina spuma, qua nidum congerunt halcyones, ait Dioscorides in 5. c. 136. Theophrast. lib. 1. cap. 8. περὶ ἀλκυόνιον. Vide Plinium lib. 32. cap. 8.

Tranquilli in marmoris] id est, in marmoreo vel saxeo scopulo, quod aqua marina alluit: vel marmor potius pro mari pelucente & aequaliter strato accipitur. Sic Virgil. 1. Georgic.

Ut quando in sidu remis impellere marmor conueniat.

Intelligit autem hic Alciatus dies illos serenos & tranquillos, quibus alcedo festificat, unde illi à se ipsa nomine inuenere ἀλκυονίδες ἢ ἀλκυονίτιδες. Aristoreli lib. 5. histor. animal. cap. 8. dicuntur ἀλκυονίτιδες ἢ ἀλκυονίτιδες. Varro lib. 6. de ling. Lat. Alcedo Graece ἀλκυόνιον. Haec hyeme quod pullos dicitur tranquillo mari facere, eos dies Alcyonios appellant. Vnde Pacuius:

Halcyonis ritus littus: peruolgans furor.

Quindius 11. Metamorph.

Perq; dies placido: hiberno tempore septem incubat alcyone pendens: idus aquore nidis.

De Alcyonidum vero numero mira inter Graecos est disceptatio: quinq; modis eos statuisti Symonidi calculu aduertit Aristoteles. Samio vero Demagora sunt septem, nouem autem Philocho, alius deniq; etiam quatuordecim, ut septem intelligatur ante exclusum foetum, totidemq; post. Nec me fallit, esse inter classicos, qui tradant Octauo Calendas Martias esse Alcyonias dies, quibus in Atlantico quidem mari summa notetur tranquillitas. Coel. Rhodig. lib. 24. cap. 11. Huc quodammodo refertur, quod quidam alcyonem pro iustitiae forensis hieroglyphico ponit. Quae ratione à Plauto in prologo Casinae dicitur:

Alcedonia sunt circum forum.

Idem apertissime intelligitur de intermissis fori procellis & turbantibus: quo alludit Horatius cum dicit, se mersari ciuilibus vndis. Ita dies Alcyoniae dicuntur, quibus fora coecepta sunt. Julius Scaliger saepe quoque in ore habuisse dicitur tale dictum: Factum meum est mare habernum, in quo non est alcyon;

Dies alcyonij

Alcyoniam dico tam numero

Instiuit forensis

In hys Sciligeri de

alcyō. Vide adagium, *Alcedonia sicut apud forum.*

Involucres.

Pullos involucres] nōdum potentes ad volatum, impuberes. Gellius lib. 2. cap. 29. Pulli etiam tunc involucres erant. Politian. in Rustico:

--- auscultat an intus

Pipiat involucres pullus.

Latus erit Cereris, Baccho quoque] Prōtēsus & vbertas annonæ erit maxima. Per metonymiā verō dixit Cererem pro frugibus, Bacchum pro vino, sicut Terētius:

Ceres unde dicta.

Sine Cerere & Baccho friget Venus. Ceres autem dicta est, quasi Geres, à gerendo, quod terra ferat omnia. Porro annona ponitur inter res eas, quæ civitati maximè necessariæ sunt: cui diligenter esse providendum Principibus & Magistratibus sapientes monēt, ne victus annuus civitati desit. Noti sunt populares Romæ tumultus ob annonæ caritatem; itaq; frumētum sepe aduehebatur ex Africa, Sardinia, Sicilia: quas tres prouincias, tria Rom. populi frumētaria subsidia Cicero appellat in ea, quæ est pro lege Manilia. Idem quarta Verrina, Siciliam nominat cellā penariā Reip. nutricem Romanæ plebis. Et præfectus annonæ creabatur, qui frumētum vndiq; coemendandum curaret, & in urbem aduectum iusto pretio venire iuberet.

Annona Romana.

Aequorei si Rex alitis instar erit.] Si sese habeat in suos Princeps quilibet ac Alcedo marina in pullos. Est enim Principis virtus maxima nō modò nosse, sed & tutari suos.

IV.

NATVRALEM hanc historiam accommodat Alciatus ingeniosè ad pacis optime prouectum, qui in optimi Principis regimæ consistere videtur. Significat enim optimi Principis officium in id incūbere penitus debere, vt populum in suis regionibus & prouincijs necessario prouentu instructis foueat & tuteur, habita primū ratione cōspicū, eaturque calamitatū, quæ solēt in dies accidere sinatque ventos remittere, & tandē procellas ebullientes hostiū in conquiescere, vt securus in pace postea viuatur; idq; alcyonū more, quæ in medio mari nidum conficiunt admirabili quadam solertia: quibus tam benigna fors est, vt statim cū oua ponant, omnes venti ac procellæ interseant; quos dies etiam nauis accuratè obseruant. Hæc licet perspicue sint omnibus, illustrandæ tamen huius pulcherrimæ sententiæ cau-

Officium boni Principis.

sa, repetam granè sanè & cordatam Dionis Chrysofomi disputationē de regno, qua Regum officium & conditionem ponit ob oculos. Sic ergo primū: Principē continuis laboribus & vigilijs intectum esse decet. Nā in nauis licet vectoribus absque cura plerūque desidere, & ne aspice-re quidem martinos fluctus, imò verò neque scire, quod aiunt, vbinam teritarū sint. Sic enim permulti hoc modo Pontum securi traiciunt, talis ludunt, canunt, conuiuantur totos dies, & tempestate ipsa vndique imminente inuoluti expectant euentum: alij oppressi altissimo somno nō antè surgunt, quàm ad portum appulerunt. At gubernatori necesse est mare ipsū continuo obseruare, aerem cœlumque intueri, ad terram aspiciere: neque ignorare quæ in fundo sunt, nisi velit allidere ad scopulos, qui in aquis lateant. Neque verò ille vnus noctu dormit, alijs altè stertentibus: interdiu autem si breuem somnū aliquādo suffaretur, tamen dubius hæret, neque præsentī animo id facit, vt sæpè suos adhortetur aut contrahenda vela, aut clauū sistendum, aut quidpiam tentādum aliud, vt etiam inter dormiēdum nihilo segnus officium faciat, cū alijs impudè somnū capere liceat. Eadē ratio est expeditionū: militum quisq; sui dumtaxat curam sustinet. At ducis munus longè maius est atque difficilius, nempe vt omnes & singuli bene armati sint, habeantq; vestium satis; nec modò vt illis ciborum satis sit, sed & vt equi diligenter instructi sint. Quod si secus videat, quàm par sit, maiore tristitia ille afficitur, quàm si quibus ipsemet indigeret: quippè qui suorum salutem nō minoris æstimet quàm suam ipsius. Et quidem reliqua pulchra reuera sunt: lege, si placet. Cæterum fertilitatem & mille cōmoda ex pace proficere, auctores omnes vno ore testantur. Ouidius 2. Fastor.

Sub iuga bos veniat, sub terras semen ar-ratas:

Pax Cererem nutrit, pacis alūna Ceres.

Et pluribus canit Tibullus lib. 1. eleg. 10.

--- *Pax candida primum.*

Duxit araturo, sub iuga curua boues.

Pax aluit vites, ex succos condidit vna.

Fienderet ut gnato testa paterna meri.

Pace bidens, vomerq; vigent: at tristitia duri

Militis in tenebris occupat arma situs.

Baptista

Dionis Chrysofomi præclarus locus.

Ex pace quantam comoda proueniunt.

Baptista Mantuan. de pace:
 Pax plena virtutis opus, pax summa laborum.
 Pax belli exortu pretio est, precibus, periculis.
 Nec minus eleganter Grecorum multa
 pacis commoda commendat. Euripides
 poeta tragicus. Supplicibus, ubi multa pa-
 cis commoda percussentur à præcone, The-
 seum monete ne bellum moueat in The-
 banos.

ὄντο τε πολέως κρείσσον εἰρήνη βροτοῖς ;
 ἢ πρῶτα μὴ μέγα τι προσήλεσάντη .
 ποινῶσι δ' ἰχθῆρα τέ περτα τ' ἰσχυρία,
 χαίρει δ' ἰ πλέθρ' τὰν ἄριστες οἱ κακοὶ
 πολέως ἀναιρούμεθα, καὶ τὸν ἡσῶνα
 δουλοῦμεθ' ἀειδρῆς ἀνδρα, καὶ πόλις
 πῶλεν .

Quanto bello potior pax mortalibus?
 Que primum quidem Mulsis gratissima,
 Cruciatibus verò inimica, delectatur felice
 sobole:

Diuisijs etiam abundat. Hac tamen nos re
 linquentes improbi

Bella suscipimus & minus fortem
 Subigimus viri virum, & ciuitas ciuitatē.
 Citantur & isti Menandro senarij:
 Ἐἰρήνη γέωργον καὶ πύτρας τρέφει κα-
 λῶς .

Πόλεμος δὲ καὶ πῶλες κακῶς ἔου .
 Alit colonum pax vel in saxis bene:

At bellum in ipso noxium campo quoque,
 Sed audiamus etiam Aristophanem Ro-
 mana lingua canentem:

O stulte, stulte, hac omnia paci insunt .
 Vt ruri aliquis in pradijs habitet .
 Immutis a forensibus negotijs,
 Proprium possidens iugum bonum .
 Balantes & audias oues,
 Capreas, vocem ad mulieram emulgenda:

Obsonijs autem utatur conchis & turdis;
 Neque expectes in foro venales pisciculos
 Triδανος, magni precij, contrectatos
 Piscium venditoris iniquissima manus:
 Adijcerem huc elegantissimum pacis en-
 comium ex cap. 53. Stobæi, nisi putarem

fatis esse ea de re studiosos admonuisse.
 Hæc dum altius mecum perpendo, non
 incommode subit pulcherrima vrbs Ve-
 netiarum, quæ quia pacis ex studiosa, licet
 in medijs vndis sita, agrorum & hortorū
 penè expertis, omnium tamē rerum plene
 sunt granaria, plene cellæ, plenum vbi-
 que forum rebus omnibus, quas vel cupi-
 dus optare ausit, adeo ut hanc urbem non

Venetia-
 rum enco-
 mium.

immeritò Alcyonum nido conferre pos-
 sum, ubi sub clemencia solertis Principis &
 prudētis Senatus dies vetè Alcyonii agū-
 tur. Verte aciem oculorum quoque; li-
 ber, vndiq; obuia sunt signa meram pacē
 & tranquillitatem spicantia. Non hic chila-
 mys aut sagum cingit milites, sed purpu-
 rea toga condecorat patres: non cincinnati
 capillos premit cinctata galea, sed vene-
 radam canicem tegit libertatis index pi-
 leolus: non raucus tubarum clangor hor-
 rendum reboat classicum, sed aures mul-
 cet suavis tibiarum symphonia: non qua-
 tiunt campum equorum vulgæ quadru-
 pedate somitu, sed sedato navigiorum du-
 ctu vndas sulcat remigiū: non acutus hian-
 titus bellicum terrore incurie equi,
 sed festos remiges reficit asla vox celest-
 matis. Ecquid hoc aliud quàm tranquilla
 libertas, & libera tranquillitas? vnde re-
 rum omnium copia & abundācia profluit.
 Quis igitur, o inclita Respublica Veneta,
 sine linguæ torpore, sine mentis stupore
 dignis te celebret encomijs; quæ par tuis
 laudibus inueniri possit eloquentiæ cuius
 totus orbis veneratur maiestatem; super
 miracula; suspicit excellentiam. Vene-
 ratur maiestatem, siquidem tu, ceu no-
 uum aliquod Pantheon, omnia in te con-
 tines numina, quæ credula finxit antiqui-
 tas, & vana persuasit opinio. In tuo enim
 Patavio sedem stabilem fixit docta Pallas;
 victricem Bellonam tua cohit. Vincentia;
 gaudet Delphicis Apollinis oraculis vera
 vna Verona: officinā suam Vulcanus æ-
 tifer aperuit Brixigedona & bona sua Flo-
 ra colligit Salodij; fecunda Pomona fru-
 ctus suos explicat encahtus Bonaci: ro-
 bur inuicti Herculis defendit Cretam;
 Triptolemus vomere sulcat licta & lata
 iugera Bergomi; regina Deum Iuno diui-
 tias suas ostentat Taruij: Pan cum Fan-
 nis vagatur per cædua nemora Istia: Ce-
 reres veneratur fugifera Dalmatia; leti-
 cig datorē Bacchum habet Creta insula;
 te vastum mare suum agnosceit Neptunus
 te instructissimam nauale Martem prædi-
 cat: thesauro diuite Plutonem possides;
 Veneris emula es pulcherrimam iuuentas cū
 Luna fecunditate: Atlantē nō ceas forei-
 tudine Merentius in te suum habet gym-
 nasium: æquitari Rhadananti æqui pollicet
 tua iudicia: Saturnus es semli consilio: Iu-
 piter ipse infu premo Senatu. Super verò
 mira

Pacis stu-
 diose Ve-
 netia .

Veneta
 Roipub.
 laus, d
 maiesta-

Ab adm-
vandis

miracula, siquidem ciuitas es, cuius mænes sunt acies mobiles; cuius triremes sunt oppida volatilia; apparatus bellicus, salutis cõseruatio; patètes vnda, campi victoriæ & castrorum arce; vadosa lacuna, meua fortissima & mari inexpugnabiles; cauales refluunt, turres munitissime, arene molles, firmissima propugnacula: in te pacifice toge sũt ornameta militaria; superba palatia ligneis innixæ basibus, sunt de solido marmore operose moles; fora sterilia diuine beatur cornu copie: in te splendida edificia delineata sunt in *aduersa*, & fundata in inconstantia: tui populi in quiete sũt formidulosi, in pace bellicosi, ciues in togis gestant clypeos, hastas in epomide; iuuenes in flore etatis decerpunt maturos fructus senilis prudentie; senes in canitie continent viuudum vigorem, & in debiliũ mæbrorum infirmitate validum robar intellectus: in tuo Senaru multitudo suffragiorum obtinet vnionem sententiarũ. *Suspiciat deniq; excellentiam*, quandoquidem tu, ò Veneta vrbs, asylum est tranquillum

Ab excel-
lentia.

liberatis, selecta legio nobilitatis, in exhausta auri & argenti fodina, expeditum machinarum bellicarum promptuarium, celebris officina Martis, perita magistra militie, nutritrix strenuorum ducum, receptaculum fortissimorum milicum, genitrix pulcherrimarum victoriarum, gladius & securum Christi fidelium, tutus portus totius Italiae, augustum templum pacis, portus regina maris, ornatum pulchritudinis theatrum, festiua pompa arcium, rara natura miraculum, Sol nitidus illustrium vrbium, gloriosa superbia subditorum populorum, lucidus orbis ocellus, dilectum Europæ corculum, capacissimum diuersorum omnium gentium, amplissimum forum mundi, idea moderati imperij, verum eeli simulacrum: deniq; tota es miraculum, imò compedium & breue complementum miraculorum, quæ vasto ambitu orbis totius claudit machina. Plura addidissẽ, nisi garrula hirsudo & stridula cicada sequeris Emblematis, sermonem abruptissent.

Doctos doctis obloqui nefas esse.
EMBLEMA CLXXX.

